

P I L U L A E.

PILULAE PURGANTES.

Pilulæ stomachicæ,

vulgo Ante cibum.

- Rx. Aloes optimæ, drachmas sex.
 Mastiches, }
 Rosarum rubrarum, } ana drachmas duas.
 Cum Syrupi de Absynthio, sufficienti quantitate
 fiat massa.

Pilulæ aloeticæ emollientes.

- Rx. Aloes optimæ succo Violarum lœæ, drachmas sex.
 Radicum Glycyrrhizæ, }
 Bismalvæ, pulveratarum, } ana drach-
 mas tres.
 Cum sufficienti quantitate Syrupi de Pomis com-
 positi fiant Pilulæ.

Pilulæ Rufi.

- Rx. Aloes optimæ, uncias duas.
 Myrrhæ, unciam unam.
 Croci, semi unciam.
 Cum Syrupo de Absynthio, vel vino Malvatico
 fiat massa.

Pilulæ de sagapeno.

- Rx. Lacrymarum Sagapeni, drachmas sex.
 Ammoniacy, drachmas tres.
 Trochiscorum Alhandal, unciam unam.
 Diacrydii, semi unciam.

Salis Tartari, drachmas duas.
Cum Syrupo violato fiat massa.

Pilulæ sine quibus.

R. Aloes optimæ, unciam unam & drachmas sex.
Scammonii, drachmas sex & semis.
Rhei electi,
Mastiches,
Absynthii vulgaris,
Rosarum rubrarum, } ana drachmam unam.
Sennæ mundatæ,
Agarici albi,
Tartari vitriolati,
Omnia pulverentur, & cum Syrupo de Mentha
fiat massa.

Pilulæ mercuriales.

R. Mercurii e Cinnabari redivivi, unciam unam.
Sacchari pulverati, drachmas duas.
Diacrydii pulverati, unciam unam.
Resinæ Jalappæ,
Rhei electi pulveratorum, } ana semi unciam.
Mercurius perfecte extinguatur, in mortario ferro
vel marmoreo, cum Saccharo, Diacrydii ali-
quantulum, & aquæ tantillum. Deinde adde Resi-
nam Jalappæ, & Diacrydii reliquam partem. Misce
exacte; fiat massa, fortiter & diu contundenda.

Pilulæ cocciaæ.

R. Pulveris Hieræ picrae, unciam unam & semis.
Trochiscorum Alhandal, drachmas tres & scrupulum unum.
Diacrydii, drachmas duas.
Turpethi,
Storchados, } ana drachmas quinque.
Cum Syrupo de Rhamno cathartico fiat massa.

Pilulæ hydragogæ Bontii.

℞. Aloes Soccororinæ, }
 Guttæ Gummi, } ana partes æquales.
 Gummi Ammoniacy, }

Aceto vini acerrimo dissolvantur, coletur Liquor,
 fortiterque exprimatur. In vase vitreo ad Solem ex-
 ponatur, donec obtinuerit Extracti consistentiam,
 ut fiant Pilulæ.

Pilulæ angelicæ.

℞. Succorum depuratorum Cichorii, }
 Borriginis, } ana
 Lupuli, } uncias
 Fumariæ, } quatuor.
 Rosarum pallidarum,
 libram unam.

In iis dissolve Aloes soccororinæ, libram unam.

Colatura vaporet ad consumptionem Succorum.

Sub finem adde

Pulveris Rhabarbari, unciam unam,

Agarici trochiscati, semi unciam.

Cinnamomi drachmas duas.

Fiat secundum artem massa.

Pilulæ, sive extractum Rudii.

℞. Pulpæ Colocynthidos, drachmas sex.

Agarici,

Scammonii,

Radici Hellebori nigri,

Jalappæ,

} ana semi unciam.

Aloes soccororinæ, unciam unam.

Cinnamomi,

Macis,

Caryophyllorum,

} ana scrupulos duos.

Colocynthis seminibus purgata minutim incida-

tur, Agaricus radula comminatur, Helleborus, Jappa & Aromata crassiuscule terantur, affusisque

Spiritus Vini optimi, unciis sexdecim, blando calore in vase clauso per quatrimum macerentur; tum facta colatura & expressione valida, solvantur in eadem Scammonium & Aloe, nitida & prius optime selecta. Peracta solutione, indatur liquor Alembico vitreo, & distilletur Balneo maris, donec remaneat materia densa instar mellis, quæ tandem vase aperto, Balneo maris ad Extracti spissitudinem vaporet.

PILULÆ ALTERANTES.

Pilulæ de cynoglossò.

℞. Corticis Radicum Cynoglossi }
 siccatarum, } ana
 Seminum Hyoscyami albi, } semi unciam.
 Laudani, }
 Myrrhæ optimæ, drachmas sex.
 Thuris masculi, drachmas quinque.
 Crocī, } ana drachmam
 Castorei, } unam & semis.
 Cum Syrupò e succo Cynoglossi fiat massa secundum artem.

Pilulæ de styrace.

℞. Styracis calamitæ, }
 Olibani, }
 Myrrhæ, } ana semi unciam.
 Succi Glycyrrhizæ inspissati, }
 Laudani, }
 Crocī, drachmam unam.

G 3